Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31247
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

dederunt purpuream ꝛ corona spinea imposita capiti
eius ꝛ arundine in dextra manu irrisorie genu flecte
bant ꝛ alapas ei dabant Et exspuentes in eum sacrum
illud caput arundine percuciebant Attende nunc hu
mani cordis superbia que obprobria refugis ꝛ ad hono
res respiras Quis est iste qui ingreditur habens
ymaginem quasi regis ꝛ nichilominus servi despec
tissimi confusione repletus Ipse est rex tuus ꝛ deus
tuus qui quasi vir leprosus ꝛ novissimus virorum
estimatus est ut te ab eterna dampnatione eriperet
ꝛ a superbie peste servaret. Ve igitur huic semel ꝛ ve
iterum qui post speculum humilitatis speculum superbia
tollitur in altum rursus contra hunc filium dei
quem tanto amplius ab omnibus cum constat ho
norificencia dignum quanto magis pro hominibus
in digniora sustinuit Ihesus cruci clavatus

Saciatus iam impiis de obprobriis
mansuetissimi regis rursum rex
ur vestibus suis induitur denuo
exuendus ꝛ baiulans sibi crucem
ponatur ad calvarie locum Ibique
tectus exutus nili duntaxat circu
tectus renes sudario ꝛ super lignum
crucis dire pictus expansus protensus ꝛ tractus ꝛ in
pellis modum hinc inde extensus clavorum perfora
tur aculeis manibus sacris ꝛ pedibus cruci affixus.
ꝛ durissime sauciatus vestes quoque ipsius dantur
in predam dividuntur in partes tunica inconsutilis sorti
missa per sortem conceditur ad unum Vide nunc anima
quomodo is qui est super benedictus deus a planta pedis usque
ad verticem capitis totus in aquis passionum demer
gitur ꝛ ut te totam de illis eriperet intraverunt aque